Petri N.N. nostri per me diligenter salutati dederunt hoc mihi
negotij, ut te vicissim juberem suo nomine salvere plurimum.

Epistola character neglectior testis et summa nostro festinationis.
Hoc exaravi multis districtus negotijs, animoque curis valde
impedito.

Ex tempore scripsi hoc, et incogitantius, aliisque nec medita-
tus satis probus scribendi artifex.

Hoc scripsi raptim, et plus quam ex tempore, forte obla-
to tabellario: scribam alias accuratius.

Hoc subito; cum incidisset casu in tabellarium itinere jam accinctum.

Hoc scripsi festinante, festinans, properans, animo alia
cogitante; quod velim ignoscas.

Hoc in summa vacui temporis inopia scripsi.

Dictavi hanc ad te epistolam; non scripsi, quod jam spem
scribendis litteris defatigatus. Recte vale.

Form
resalu
excus

Hoc scripsi pro proferatè, et perturbate, quod ea litteris ipsis, et
sensu facile conijcis: quos si festinationi meae, et brevitate litterarum
des veniam.

Salutem quibus dixi voluisti, dixi: idemque se salutant. lijf.

Fratri vota eadem reddo, quo mihi. lijf.

Festina Corvus arundine. Harol.

Mirandineo volatu raptius. Harol.

fam rixido calamo quasi junctas habes et Rodali penas. H

fructus salutem dixit, quom rixivo brevi scripto. lijf.

De silentio ne exerce, aut me amicus. nonne
et ego filii. lijf.

Handwritten text on the left edge of the page, partially cut off.

Handwritten text on the left edge of the page, partially cut off.

Handwritten text on the left edge of the page, partially cut off.

Handwritten text on the left edge of the page, partially cut off.

Formula

gratias agendi . gratias agendi . operam offerendi .
Petendi . C . Comendandi . Excusandi . ~~comendandi~~ et ad has respondendi .
gratias agendi . Comendandi . Excusandi .

Spero me optati fore comitem . l. j. Sado .
Inuendo sunt littere , quo vera amici absentis
Vestigia , notasq. afferunt . Seneca .

Te si rogem ut pristinum tuum amorem erga
me conferes , faciam et tibi profecto , et amicis
nostris injuriam , quod videat quasi constantis
tuo diffidere . Sadol .

Certe enim et is diligitur a me , et per se
dignus est , quem tu quoque diligas : est enim
suma modestia , et suma probitate prouidus .
Sed hoc tu facile pro tuo singulari ingenio
perficere poteris . Sadol .

Comendandi .

Efficiam profecto , ut aliquis meo in te bene-
volentis fructus appareat ; in quo proclaram tuam
voluntatem imitabor : ingenium et fortitudinem
non asequar . Sadol .

Sufficit mihi , quod amorem meum de tua mente
metiris . 7. 50. Symm .

Litterarum breuitas inculpabilis est , cum esse injuria
valetudinis , non ex voluntate defendit . 7. 91. 28. Symm

Tanta est seruitas animi in nos sui , ut repressum
pretem , quid quid ab amante debetur . 7. 33. Symmach

Firm
gratias
petendi
operam
offere .

Si quid ad me placet mittere in suis scriptis, oque id
potest per cursores ordinarios, nec nisi magno impendio:
al potest bis in a^{no} per mercatores, qui francopostum curant.
ad N. idem si mittis recta et tuto ad me ibit. Lippij.
Solvimus votis, quod nequimus officijs. 2. 85. Symonach.

Comend.

Efficacissimè comendat, qui meras causas efficacissimo comen-
dationis aperit. Sidonij 8. 13.

Pro quo ago equidem tibi gratias: sed eas referre maldem quam
agere: cui rei occasionem aliquam aliquando vis allatura est. Sed.

Me quidem tanto tuo beneficio devinxeris, ut tibi perpetuam
pro eo gratiam sim debiturus. quod ut facias vehementer etiam
abspectam rogo. Sadol.

Sed neq; mihi vitio vertatur, quod Aristoo nella, Barcho
vino, fruges Triptolemo, roma date Alcinoo videamus.

Tibi confitemo, si quid aliquando evenerit, ut se ista
deklarandum sit, quosim in te animo: me non solum equa-
lunem, sed si licet: superatunum tuam de me opinionem. Sad.

Libri tui avidè expectabantur à me: verumtamen, quoquo venissent
tempore, gratisimi futuri opent. sed, ut perficis, contexit
moram omnem liberalitas tua: cum favore enim redditi
nobis sunt, accepimusq; plus quam speravimus, et quam
fuerat inter nos partum. itaq; magis est cur tibi
gratias agam, quam quod de duorum, ut scribis, sat-
ditate querat. Sadol.

Si quid incidit quod tua interest recto habes me tibi
non futurum alienum. nec abesse te putes me

presente. sed senties quid juris habeat inter nos amicitia vetus.
et quamquam pauculo tempore strictionis me videas, carissimi lamen
cordis semper ac semper permaneto. M.

Tibi persuade, me, et mea omnia non minus tibi prompta
esse, quam mihi ipsi.

Murus vestrum accepit egregium. nec tam benevolens conciliatori
minus debere me fateor, quam datori. Lippi.

Respond.

De tua erga me benevolentia saepe mihi à meis scribitur:
quam equidem non dubito firmam esse, id magnopere
habeo gratum. animus quidem erga te meus idem est, qui
semper fuit, cum tibi mirifice deditus, tum tuam
virtutum admirator et cultor. itaque recordor, et me in
philosophia studiis non minima esse parte olim à te adjectum
instructumque fuisse, et tuam mihi nullo loco defuisse neque
opem et auctoritatem in publicis rebus, neque in privatis
meis benevolentiam. Sadol.

Adfirmo tibi, non pauca munera jamdiu gratiora mihi fuisse, et
animo tuo, et versibus, quorum utrumque tam benigne offers. ille
enim amoris plenissimus, isti elegantio: et cogor valde
sedamare in idem, istos optimare. Lippi.

graty. actio.

Quod res meo salvo beneficium est unius tuum. Quid scribam?
gratias agere me? ne concipio quidem: et affectum me
in sumo beneficio una haec injuria. quod olim ingemose
"Eques ille" ad colarem; ut vivendum et moriendum mihi sit
Romans ingrato.

alia eruditiss.

Gaudere me tantum nuntio, meam causam,
tuam, Louli. mea cui is amicus auxilium obligit: tuam,
cui ea victus: Louli, cui hoc exemplum. Mea salus salus. Lippi.

grad. actio.

Judicium tuis viri merito magnum apud me est: et hoc tam
prolixa benevolentia, quam solo animo meruisse me scio.
nam rem quidem tu auge: et facis tam liberali beneficii
interpretatione, ut ultro obliget, et novam gratiam debeam
tibi. Quam ut proptus solvam, ne excipias. non est
illarum vitium, non item animi, qui magis magisque obligari
tibi cupit, et nunquam dependere, ut pendeat à te semper. Lij.
Munus a te accipi, vitiosissime, per mihi gratum Lij.

Revisio libri

Cogitamus novam editionem Tacitij. ea in se juvari me à
te posse sentio, usque libri manuscripti, quem memoria teneo
apud te olim vidisse. non illum quidem antiquissimum:
sed è quo tamen non dubie aliquid eruamus, et critica ista
sagacitate indagemus. Quare si cum ad tempus gratificari
mibi volueris, amorem in me offenderis, et simul morem tuum
lenueris rei literariae juvando. Velim voluntas tibi non
et occasio non desit in mihendo non desit, nobis fides con-
stabit in remittendo. Salve ab eo, qui meritisimo te
amat, Justolijis.

grad.

De carmine gratiam tibi habeo, magis magisque habiturus, si
crebro me epistolis tuis salutaveris, in quibus notas claras
video elegantis prisce et doctri. Lij.

Ego profecto si unquam occasio erit, proptabo me ad gratiam referendam
non modico, sed hoc solo. Lij.

grad.

Munera tua, bis mihi grata, quia à te missa, quem tanto
sepe dudum amo; et quia missa in optatum mihi finem.
vis enim ea sanciendo amicitia esse, et offero velut archas.
quas libens auipio et restipulo tibi sanctè, eâ fide et officij
cultum à me in hanc novam amicitiam. Lij.

145
Per fidem, Antoni, ut tu utrumque largus es, et amant, graty artio.
et donando. Misera ad te nescio quid munusculi
miser: tu rependis idcirco et repromis. sed rerum
amplumque donum. pro libello libros: pro ludis
seria: pro orbiculis araneorum, diffusum ipsum terronem
orbem admetiris. et cum ipsum in triumphali veste,
purpuratum auratumque. Quid censes? donis magnis
capere me; non magis quam Numina: si comparare fas:
quo ut voluntatem solam in oblationibus metuentur,
sui ego. Ad ea in te magna: et ideo munus tuum
iure mihi magnum. Utinam animum hic quoque animus
aliqua tibi liqueat: in quo acris flamma, sed nullam
occasione erumpendi, adhuc clausa. Lipsius.

Quin ipse peto, si aliunde eris, concede usum. Lips.

petit.

Amplissime Dne! munus auferri. non meo munere, sed
splendore vestro dignum. Quotum in eo respiciam,
sive artem: omnia ejusmodi, quo animum vestrum
abunde delectant, et quo me deprimant novo vinelo.
cujus si non solvendi, at laxandi saltem aliquo
genere officiorum utinam facultas mihi unquam sit.
intelligas profecto, optinasse me munera posse et
auferre: non tam propter ista, quam cum, qui affectu
tibi dedit. ingenue dico. Aurum idcirco aut argentum
nihil me movet, adversus talia satis firmum: movet
prolixo hoc tua humanitas, quo omnia non impetrare
solum à me potest, sed imperare. Lipsi.

graty artio.

De munere apto ad valetudinem meam firmandam
habeo gratiam. ego quid mittam? animum et verba.
cetera immunitis. Lipsi.

graty artio.

gratias

Libros, quos à Divite biblio bibliotheca tua prompseram, per hunc
pneum recipere. Lijf.

gratias actio

gratias agam aut habeam? referre malim. et laudem verbis quoque
nunc dicam, sed paucis et fideis. Emptum me tibi hoc
munere mancipium tuum. et addo improbi hominis profectus
illas voces, sed probe et sinceriter. Quid concupiscas, tu
videris: quod concupiveris, certe habebis.

gratias queso à me auctori et datori nuntia. Lijf.

Mi N, et liberas tuas auerri, et cum ijs thesaurum: ꝑ: osc animo
sic apello. ego de meo animo et osc animo loquor. grandes
tibi gratias habeo: et cum habeo, debet ac debet semper.

In ruborem me das hac humanitate tua. scribis ultro,
compellat ultro: et promiss atq; offert ea, quo improbo
ponere mentis sit à tali viro perasse. Lijf.

Tu mihi gratias? ego tibi, qui tam grate et benigne interpretaris
officium, quod sine scelere non omissem. Lijf.

Quod gaudeo et gratias mihi agis, pro testimonio quod in aristolis
meis tibi reddidi: ego quoque gaudeo, et si poteris, gratias
etiam tibi ago. Quidni pro tanta gratitudine? profectim
quam elicuit beneficium à me nullum. Lijf.

Deo ut suggestionis benignitate, oblationis exilitas augetur.
Saresb.

~~o pertus~~

Mira et foex sui benevolentia. o pertus benignum,
effusum, et cui quid aut quomodo respondeam. profecti
redigor ad silentium, non excusatus beneficijs
suis, sed oppressus. atq; hoc delatio mihi major, quia à
tali viro. Lijf.

147
Ego me communiter olim tuum, qui ^{nomen} meum agitulando
et sublevando in apertis temporibus devinisci, nun
proprie sic obstrictum sentio, ut non dicam paria
facere, sed nec lingua, stilo, mente concipere possim.
Sicut aqua multa per exiguum canalem, quo vult
egredi, impetu ipso sistitur, et se includit: sic mihi
fuit, qui copia benevolentis simul et beneficentis tuis
obruor: atque hanc remitto, illam intimis votis,
ut in me serves, deprogo. Lijf.

Gratum me esse dicam? sum animo: verbis agere possum,
minus factis. Delego hoc nomen superis, et illos voto
convenio, ut pro me solvant. Lijf.

Rebitioni vestro non do manum. Lijf.

Recenti liberalitate me ligas. Lijf.

Et si coram me brevi sifere, et sermone gratias
agere tibi confitui, tamen profecto animus meus
adegit, stilo et sermone quoque id facere, et Lepori
devotionem, quam in magnitudine novi huius beneficii
haberem. Lijf.

si quid à me petis, libens ferero. Lijf.

Quid dicam, nisi quod res est, gratias et agere me,
et cum agero, debere? nam velle et debere
me fuis, et adamantino, et sic dicam, vinculo
obstrictum tibi manere tibi. Lijf.

Itaque si quid est in toto Lipsio, quod totum aut in parte
servire usibus tuis possit, habes promptum
volentemque. Lijf.

Quo misisti placent. Et ego pariter mea
misero, cum novi aliquid erit. Lips.

Librum, cuius mentio in novissimis Letteris, hic
adjunctum illosome Dne, habes. illo meisq. omnibus
quid quid erit: utere, et bene Lips.

excusato de
n' misso munere

Soleo et prope indignos, me preventum rogatione
tua, in se quam sponte et ultro faciebam.
an non libri mei exemplar ad te mitterem, ut
soleo, atq. etiam ut debeo? nam benevolentia
celestis in me insignis et palam testata, ita
postulat: et mea etiam observatio, et huius cultus
impedebant. faciebam atq. ultro: sed cur
diffideli? simpliciter rem dicam, quia pauca
exemplaria compacta, et ut sic dicam vestita
habebam: medium autem mittere verecundabar.
Itaq. de mora ignosce, et fac mihi gratiam:
quam alios sane libens emendabo, cum videam
tuo curabrationes nostras sic gratas tibi esse,
non sui pretio, sed accipientis affectu. Lips.

Sicut arbores fructibus gravida inclinant ramos et
demittunt, offerunt carpi: sic tu vos isti vera
victule uberes, et benevoli et benefici ultro estis,
et vivitatis ad fruendum. Lips.

118

Affectum suum in me, non verbis solum promissis,
sed rebus palam probas. illa honestissima scribis:
has ultro offers, et muneribus me afficis non ex
merito, atque adeo inexpectato. neper quid
detuleris, meminim: vix gratias egi: eue donum
aeternum, et quidem carum. Lij.

Magna fuit ut verè dicam tua benignitas, qui ex
comendatione mea adolescentem nostratem non
favisti, iuvisti; sed ipse in domum tuam recepisti,
et disciplina liberorum tuorum atque institutioni
prosecuisti. quid dicam? obligor: et jure tibi
omnia curiam faciamus, qui mea gratia sic
exhibes te prorsum et benignum. Lij.

gratis tibi dico habeoque animo quam verbis largius:
et illum tibi offero, etiam, si non aueris tuum. Lij.

Librum ^{ad te} mitto, non munus, sed particulam luendi
oris, quod varium ac multiplex fatemur debere. NB
iam decem anni sunt, cum me beneficiis alijs
super alia cumulas. Lij.

Ergo gratia tibi esto et dicta et reposita. Lij.

Quod jam diu inveni, id facis: et cum auxilij aut
opis indigeo, ad te recurro. Lij.

Quid quid singulare erat, habuisse me ~~totum~~ recordor
cum desiderio tuis et purgata. Miserasis me?

nohim . adjuva potius , et quoniam divitem
atq; uberem te audio particeps veteri amico , et
qui in beneficii magno loco hinc , et si fugacia !
~~de floribus flores de floribus loquitur~~ (Lij.) munuscula
ponet . Confido te facturum . Certe in causa simili
tu à me , utraq; manu largitor ego dorem dorem
dorem . nunc salutem et hunc assiduum animum
semper devinctum . Lij.

NB.

Bigiothi respondet.

Nihil minus , quam à te beneficium , aut potius beneficia
expectabam : quo largitor sulco et aperto sinu ,
michi deferens et offerens . nam et numos ad me mittis ,
et florum etiam certissimos polliceris . negem
utrumq; mihi gratum esse ? mentiar . gratissimum
est pro veteri atq; infixo animi mei desiderio et
sensu . veteres omnes elegantias , et has antiquitatum
reliquias à me amari , notum est omnibus , qui te viderent
me norunt : sed et flores in deliciis haberi . itaq;
vide candorem , quo iam nunc apud te uter
in ipso hoc atitu amicitis .

Grata quo ^{proponit} ~~mittis~~ , atq; ut mittas non rogo te sed
apello . quid enim rogem , iam debitorem ? sed
extra forum . Lij.

Quid rosum pro donis sic ultro et uberem misis ,
quam gratias solo ~~ante~~ dicere , animo habere ?
Lij.

119

Per sancto amicitia nomen te obtestor, ut in tuum
comodum uti me velis, si quid posse me noveris. Larg.

Alia oratio si fuerit, qua aliquid adiutum
ut possim habes volentem. Larg.

Me devinxisti suis obsequiis. bona oratio me
amet, qua illis respondeam. Larg.

utere ne pro arbitratu tuo. Karl.

Oratio mihi sit, pariter laudandi et delectandi mei
amoris.

Quid remitto? animum seris semper tuum. Lij.

In animo beneficium tuum repono, et illa parte omnes
mortales gratitudine crebro. Lij.

Solvete nec in manu mea est, nec in animo quidem,
ne mentis: et libens devinctus adfloritusque
talibus manet, qui sic libenter beneficia conferunt,
ut cupere videantur conferendo. Lijf. quod
foret, et hoc vis tantum: scilicet, et ego
memoriam beneficii dabo tui postea inpropterea. Lijf.
Remuneror eam, si non petio, aperte pari. Lijf.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

Formulo.

Comendanti et his respondendi.

Form
Comen

Ad comodum et utilitatem suam pertinet, si hunc hominem amplecti sua benevolentia, et in familiaribus suis habere institueris. pace mihi: ne videatur cum beneficium à te petam, potius te aspicere beneficio velle. Savol.

In eo ego statim ab ineunte pueritia, ea perproxi indicia ingenij, humanitatis modestis, celeratunq; virtutum omnium, ut jam dum facile apparet, qualis is in otate via profectus esset facturus. cuius tamen legitimum quasi tempus exspectare noluit: sed optimis artibus liberiq; diligentis, perfecit, ut virtutis in illo cursus, quam otatis fuerit celerior. Savol.

Certum habeo inter primales principis illustrissimi, ubi continuo versaris te plurimi plurimi fieri. igitur et erit autem hoc gravior tua comendatio, quod non solum amici in amicum studium, sed hominis etiam doctissimi et consuetissimi iudicium atq; auctoritatem affect. Savol.

Quod si mei suffragij prerogativa eam haberes religionem, pervellem eum, quantumvis est, nostrum omnino esse. Savol.

De adolescente quem neper mihi comendaras: scis quam omnia negotia ad velim tua causa. hoc tamen nolo. Multis jam recusavi. Quos omnes offendo, si unum admittam. Deniq; rimam aut fenestram hanc si aperio, totu officio admittendi alij sunt. Quis autem mea id non patitur, et ratio vito, quam per silentium ago. Beato, ergo ut id excusas: et moxora aliqua à me petas, cum opus erit non neganda. Lijf.

negotia ad comend.

Scelrum comendatum tibi. Tamen comendo. Etiam me: quem
scire certi debes tui ex animo amantem. Lips.

Jamcom comendaveram tibi superioribus meis liberis, adolescentem,
si quid video, probi, ingenij, animi, judicij. et si quid benigne
favere potes aut dicere, quosq; ne gravare. Ex ista juventute non
est alius, de quo melius sperem. Lips.

Non ipse contentus in amicitiam tuam penetrare, alijs oae fores
aperio, quasi in ea velis. Juvarem hunc tibi comendo, familiarem
nuper meum, oris et ingenij probi. Comendo autem ita non
ut ad interioram illam amicitiam tuam admittas, alijs servetur
aditus ad illa adyta, sed eternam hanc notitiam, quo in
afatu posita et aperta. Hoc enim tibi sufficit, et adolescentibus
id otatis sal glorio. Vidisse, convenisse. Tu mi N. ibum
vel mea causa complectere, et me omnino, qui eternum suus. Lips.

Adolescens quem mihi comendas, ita erit: et ex vultu ac moribus
judico meseri. Lipsi.

Pro N. sollicitor. Velim, quod in te sit, juves. Lips.

Adolescens est, sed specimen ingenij profert, ad
magna succedendi, si otas et peritia rerum
dirigunt etiam et formant. Lips.

Paulum, quem comendaveram, si benigne et
honeste à te habitum, ipse largiter scripsit, quidmi
coler? Lips.

gratias ago pro benignitate, quam in Thomam, oae
comuni quodam comendatione mea, contulisti. et
ea de se merito obstrictum debere me tibi officium
esse, et sentis et lector. Lips.

adulescentem

57

Comendo obiter, neque nimis velim, et ambigo:
ut apud te liberis de moribus et vita. Asi-
certum nihil, sed esse suffragioribus habebam,
quibus vis probus non nimis indulget. Lys.

Sed quia commendatio tua etiam tua + fore
hinc negotio potest, me et me aliquid apud
te posse censuit: rogavit et rogo, ut suffragij
sui calculus hinc petitioni accedat, et
nos me publicis meritis jam diu obstrictum,
etiam hoc privato acutius velis de devincere. Lys.

Filium tuum mihi commendas, venturum ad lectiones nostras.
gratus erit, juvabo, dirigam, et se ostendam me tua
causa hoc alia velle. Les mihi bene est de eo bene est,
Asi juvene: quia video indolem adesse et excitatum
ingenium, quod equidem in juventute amo. Lys.

Eae manum ac filium mihi laxat ipse,
quem vides, et quem ego ad te mitto. da,
quodso, admissionem me petente: et a me pariter
si quid voles, scriptum fortumys certe. Lys.

Adulescens eo jam pervenit, ut bubam protere, et toga
liberâ possit insigniri. Sed tamen ita libera, ut
imperfectos etiam filii qui coequeat, et videat ne isto
flexu stans alicubi horreat ad metam. Lys.

Eiusmodi adolescentum copia rara est, qui cum literis
modestiam sociant et virtutem. suis se retrinere
velle, et à literarum modice instructum, et à moribus
vel maxime ornatum. sunt arbores illae optimae,
quae non florem solum sed fructum ferunt:
sic hominum, quibus prodes ornamenta doctrinae, vita
etiam est ad frugem. Lips.

Venit ad me frater tuus, plane meus futurus
quis tuus. Lips.

Petro vestro, novum ceptodoptium paranti,
Heribertum pistorem comendo, virum bonae fidei
sui et manus. utroque probatum se faciat, si
conduci mereatur ad laborem. neminem ego
invitis obtrudo; comestatus de obsequio, rogatori
libens illud offero. agitole, quod è se fuerit,
et me amicum habete. Lany.

Adolescentem N. mihi comendas: et est certe, quia tuus, et
quia moribus optimis imbutus, dignus. ego, quidquid
in mea copia erit, faciam promptius libens, et promptius,
et maxime, quam dicam dicam. Lips.

Comendatione tua meum vides, et beneficium desinat devinctum
tibi clientem: sed beneficium, quod plerumque firmius
meum officii est in tua manu. Lips.

adulescentes eos vidi, quos per epistolas tibi commendas:
 ne frustra. quid enim tu à me frustra? quin ita
 prompte volo, et debes, quid quid volest. ut admoneri
 motu debeam, non cogari. Lijf. De libens ^{etiam} hoc
 officium confere, quia confes in publicum me impendere,
 quid quid ad cultum fuit nostratum ingeniorum. Lijf.

Laurus per ^{huc} bella / tempora: / omnis pueros ad artes
 nostras /: ad ~~monasteria~~ / adfiscare non ignoras: et
 eo magis provehendi sunt, si qui adfiscant. Lijf.

Nam bona fide, eimoti adolescentum copia rara est,
 qui cum literis ~~foris~~ ~~virtutem~~ et modestia foris
 et virtutem. Sicut de utrumque velle, et à litteratura ^{virtute}
 modice instructum, et à moribus vel maxime ornatum.
 sicut arbores idè optime, que non florem solum,
 sed fructum ferunt: sic hominem, quibus proter
 ornamenta doctrinae, vita etiam esset frugem. Lijf.

Valeat penate apud te, et ingenti mei pudoris timore
 transilire, dum sapius adeo, et in aliena causa es gratia
 interpellis. Sed qui me subtraham? Lijf.

Benignitas tua atitum mihi ad te fecit, sed et aliter
 importunitas /: pueris / qui veridicentem impellunt. Lijf.

O quam te utos sine abutor? Sed exussivus,
 quod libente. apud si amantem, si amorem
 non reus. Lijf.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page]

Formula
gratulanti tibi respondendi.

Quantam voluntatem auersem, et quo fructu letitia ac
iucunditatis fuerim cumulatus esse amplificatione dignitatis
sue: peto à te, ut ne meis ex literis coniecturam facias,
cum id facilius sit tibi existimare, quam mihi scribere.
Certe ita letatus sum, ut ex paucissimis, quo maxime
desideravi, hoc mihi imprimis gratum optatumque accidit
viderit. Sadul. gratulor igitur et vobis gratulor, cum
dignitati tuae, sum tibi eximijis virtutibus, per quas omni honore
et amplitudine dignissimus es iudicatus. Sadul.

Formula
gratulanti

Curatorem te: ita jam nunc intelligo: huic schole datum,
ut amplius, iure tibi, et magis nobis gratulamur.
Tibi honorem aliquem: nobis grande beneficium, quod
ab hac electione merito speramus? imo jam tenemus. ea
voluntas tua est in iuvandis optimis studiis, ea fauetas
illa clara: qui omnia pro nobis egeris, laboraveris: te
prorsusquam titulo curator. ista etiam non obscura:
qui magnus es apud magnos. Sedes in hac publica, ut
sic dicam navi non inter remiges aut navales socios,
sed inter eos, qui ad gubernacula et ad ipsum clavum.
vis igitur et potes, et ideo affirmatio non iniusta de
affectu optimo et simul effectu. Lijj.

De muncce sine Titulo, quo non sine fructu gaudes, tibi
gratulator, et rogo atq; auguro majora. Lij.

Ab anni fine initium scribendi facio. istum ego tibi
feliciter exactum gratulator: patrem prosperitatem ab
insequenti lotus ominor, pios precor. non isto solius
calami honorato phrases, sed animi verba sunt, amice sermone
et affectu plena. scio hoc tibi dudum nota ad fidem,
quam testem genuino veritatis stimulos. Lang. S. J.

Magis est tuo merito, quam Regis beneficio magnus. Lij.
Salutem toto animo tibi rogo, et me ipsum devoveo
sempere tuum. Lij.

Denovo novo reuertit annus, quem votivum decurrere
tibi, Numen precor. Lij.

113 Cum in Romana legatione, se feliciter, ex usu gloriosus
regni, ex voto Regis tui confecta, redire te audirem,
animus adegit gratulari, et simul affectum sermone
renovare, quem virtutibus tuis, sed et in me affectui,
fateor debere. Lij.

Sub oscitum prioris anni tuas ad me, bonis
cum votis, dedisti; sub initium ventis ego
meas repono cum votis paribus. Lang.

annuam vertigal pendo, grati animi testimonium
amicis favoribus, et continuando prosperitatis
votum tuo familia. felios istud a me petunt
solemnes ferio, quo annuam curtem firmans,
et experientem subsequenter. utraque faustitas
tibi curam recordissima, precor, et officij tui curam
prosperis penebris coronet. Lang.

63

Idem tibi precor, quod multi: sed animo,
quo non multi, ne dicam, quo nemo. Wattenouer

Quid precabor autem? quod quisque optimis,
quod cuiusque optimum. Watt.

Ea omnia precor, quod si verbis explicare
omnia possem, parum te amarem. Watt.

Utinam dare possem, non precari! sed
quoniam plus non licet, precor, quidquid tua
in me summa officia, quidquid meus in te sumus
amor precari iubent. Watt.

Natalitius de Euergetes bene velit clienti suo. Lang.

Proposuitum est mihi, vincere omnium vota.
itaque, quantum precati singuli, repeto: et
quidquid precari amplius poteris, adjuicio.
singulorum vota in unum cumulum colligo,
et addo mea. Watt.

Solent alij annos Patronis precari: ego contra
Patronum meum Excellentissimum annis precor.
non tibi dant felicitatem tempora, sed
à te auferunt: ut, si gratulandum est, ipsi
potius anno gratulandum sis, qui sub
obsequio tanto felice omnibus et prosperis
futurus est. Watt.

Novi anni natales precor felicissimos.

Scripturioni huic nullum argumentum
est, nisi affectus meus et mos moriorum.
utroque suadet, ut vota, quae pro salute tua
corde facimus, stilo consignem et ad te
perferam: sed prius ad illum calide mitra,
qui comites: ita peto:) facies votorum. Deum
igitur rogo quantum animo possum, ut hunc
Ioulaem novum annum felicem tibi, tuasque
decurere, te valese per eum et vigere,
Romani et Reipub. sine offensa vacare,
me amare donet, qui sum perpetuus tuus
et devotus tuus cultor et diens. Lij. per votum

Ut tu ad omni canis omni lineam venias felix et beatus,
percos tibi religioso et pio voto ~~est~~ in
auspicio huius anni. Lij.

Benevole à te factum et pro amico, quod me et dignitatis
tuae et disceptionis gratiam fecisti. ego omnia seris
tibi recipio, et factorem me esse incamentis tuis,
quo virtus et ingenium conciliantur: et vota
intentione, et plura adstantur, quod in
Principum gloriam, et publicum bonum cadet.
Et illis et tuis convenit tales eveni et educi. Lij.
annum novum instanter rogo tibi feliciter tibi Lij.

64
Salutem, gratulationem illi dico, ~~per~~ per te,
cum voto professorum in seros dies. Langius.

Villige ~~Kalendis~~ Kalis, anni ~~novi~~ novi ~~inflantis~~ 1718
qua qua voce, et parenti. duo, et tibi feliciter tibi Lipp.
Bona vota in annum attulit episcopus tua: reddo, patris
in annos, quot tibi fuisse deus diptera scripsit.
vota minisum illosum, non annos, quot cum
dare non licet, velle liceat, et a colitibus
perari. Lang.

Bonus genius iter tuum fortunet. Lippius.

Amplentor gratulationem, quam de more, sed affectu quodam
singulari, mihi facis in auspiciis novi anni. amplentor,
et largitor ac iugiter eandem agono. Reus tibi deus qua
volos, et nil nisi bonum ac salutare, fuis, vobis, vales. Lipp.

Pura salubantis vel gratulantis verba sunt,

sed vota proluxa. Sym.

Satisfaciat tibi animus meus, et si voti efficaciam negaverit,
eventus. C. 20. Symach.

Tuo mi N. salve! et hunc incuntem annum atque alios
felix vide. Lipp.

Exo vero gratulatione mea et gaudium animo conceptum prode
scripto et stilo debet, cum voce et sermone coram non debet.
gratulor, inquam, et quidem ex animo, inchoata super
dignitate tuam iudicio et suffragio capitularium, nunc
quoque Episcopi, Regis, calculo et auctoritate
firmatam. Lipp.

Lotum mihi, de muneri huius publico abstractum, in quo
exferri atque exarcesci ingenium et industria sua referunt.
for, dum stas et oratio adhaerent: et quodam glorie ad
altius culmen. neque enim, ut meum votum est et postu-
lavi, hic hifas.

gratulus ex animo ^{fiti} reditum inchoamem in patriam et
ad huc, esse longis satis interea intervallu. liff.

Dignitate de cultum ab optimo Principe, animus meo gratulatus est,
et gratias, de mentiente. significas enim hoc ipso,
causare de, et titulum conceptum ex eo a me ipso: nec
falleis, concepti. mereari enim de arbitror, et posse
ac et velle patrio prodeper, et Principi vacare operam
novare. certe donec a natura habes, Lat et doctrinam
habes. illa causare, et hanc adhibe: tuo et publico bono
fies. liff.

Magnum equidem quondam Senfi, in dignitate qua se-
centes et auctus. mereberis eam, aut alia vel
quondam, virtutis et prudentis huc prerogativa:
et tanto murmure fortuna à nobis amulabatue, quod
que in comitiis suis alios anteferet. nam ~~voto~~
~~etiam nostrum, ut hoc nunc etiam. honore ut die fuit~~
utrimque rei publice parva et profana, bono patri, intimum
meum votum est. liff.

gratulus superisne fortiter, conseripe feliciter. liff.

annus vota mihi remanent, simul anua lingua
debita. S. Paulinus poemat. de S. felice.

Redidivus annus, Witoldomando fote verball

65

Mox tunc ad me dedit gratulatorias de
dignitate nuper adpta: nec reddis gratias.

Votis, quos olim ad festum Nominis mei mihi
nunciasti, neminem remitto alia etiam festis tuis
onomasticis accommodata. pro arbitratu tuo
ipsa refringe, nam neminem alius votiva superrogia
tibi magis proputura in rebus repones, nisi tu ipse.

grata mihi est letitia tua, quam in Cisteris
tuis de promotione mea te habere cognovi, non
ut illa hoc aliqua causa letitiae nostrae delentatio
fuerit, sed quod eam ex vero fonte sinceris
dilectionis, et fidei mente derivatam esse
non dubito. nostra promotio, quae tibi
colerique amicis meis amorem de me existimationem
et quidem amorem administrat, mihi inleoni
doloris amaritudinem et nimis anxietatis
inquietas generat. video quanta me felicitate
circumspicit, sentio, quantum me superest oneris
sarcina gravat.

involitam consuetudinem percellere difficile,
atque ad rudimenta nascentis Ecclesiae Senescentem
jam mundum reformare.

Voxes ut Deus, qui in manu sua tenet numerum
dierum, et tibi addat exiguos vitae dies, quos quibus
humana mortalitas vestris attingere possit

in vincto, et ob post illis vincto alio die alioque consue
do in ipse nesci alioque, vincto die superest Procellis
in libro Nonno.

Handwritten text at the top of the page, appearing as a header or title.

Main body of handwritten text, consisting of several paragraphs of cursive script.

Formulae Hortandi, consulendi, suadendi
confutandi, ~~comprobandi~~, comparandi et his respondendi.

Ad litteras non actiones solum omnes tuas et cogitationes necessarium est collineare. Quo tamen ipsa quoniam sine pietate et gravitate nullo sunt: cave, te quoso, ne quid labis aut maculae trahas ex calce juventutis maculoso. Fuge illos, fuge: qui liberioris vite obtentu ad licentiam trahunt: Quo una janua et aditus ad omne felix. Magna non frustra nobis de isto ingenio tuo pollicemur: tu vide solliciti, ne id depravent pravi. in flexu isto stabis es: in quo si non laberis, speramus te inoffenso deinde cursu perstringere posse ad metam. Deus te seruet, in quo et a quo omnis salus. Lipp.

In studiis quod pergis et perseveras, gaudeo. Sapientia studia et virtutis ne omittas. Brevitas tibi in mente, modestia ante oculos, et demissio animi: ad quam nunquam labis te hortes. illa fundus bonorum omnium et fundamentum: nec restis alia plura ingenia abripuit, quam confidentia et affirmatio sui. Tu abstine. Revera enim quid sumus? quid scimus? Quo longius progrediere in scientia vero via, tenebras et circumfusam caliginem magis cognoscis ingenio humano. Lipp.

Ante omnia pestes ^{fuge} idas animorum, scabales malos, qui fraude et arte ~~irruunt~~ et irrumpunt. Lipp.

Opto, ut curas has curas habere possis: non rogo. Cur enim rogem? scis de iusta ac me velle: nec penes te unquam culpam futuram non impetrati huius, aut non effecti. Lipp.

Form
Comprobandi
Comparandi
Hortandi

Deuare mihi videret, si expertem te habeam consilij, quod
firmando valetudini meae capri. Lijf.

E se tua erit: nec quidquam suadebimus, non dicam proles
utilitatem, sed fortasse nec tuam voluntatem. Lijf.

Hoc est sensus meo: aliter si quis est suo, exquirere ora-
culum non veto, ac sequi. Langius.

Moneo te fugere homines et loca vitis nota et
infesta. stas tua alicubi? foras. populares
abducunt? resistere. demum posteritatem cogita:
nec posse, quin illa infamiam cum noxa
pariter apud te relinquant. ah! quam
suave animo iam maturo erit, meminisse pugnae
pugnae et victoriae: integrum se à labe seruosse!
hoc moneo, et si n, non quia opus fortasse:
sed quia amor inducit, cui agnatae curam,
vino et metum esse, non ignoras. Lijf.

Tuas item ^{ad me} ~~experto~~, ac quid consilium nostrum
probes. sed quid ambigo? ore, stilo, pectore
suo probabis. Lijf.

Desistere Italiam nobis desertum tantum,
non Herules insidere. Lijf. ~~cujus~~ ~~et~~ ~~cujus~~
rei si vel ~~hujus~~ ^{hujus} suspiciunula proceres
nostros tangat: non dimittas profecto, nec
ullo titulo impetrem comeatum. atqui
nihil tale est. foras et amici habent,

9
O ipse meus genius, qui tota ea, et homines
nescio quo naturo ductu amat. Lij.

Morte adolefcens, deesse hanc viam, quod et hic
tibi ad gloriam pariet, et postea illam eternam. Lij.

O Volupte mihi te esse saluum! o magis te
animo esse sanum, nec inter vana et
inepta ^{et vana}, improba pollutum! o si semper,
magis magisque ad illa pura, eterna, alta:
quo melior. O Deus et natura, addam
et institutio mea, vocarunt. Mihi hoc nunc
dode usque perito, quo magis te in hoc
saluum vito penetrabis, amara plura
reperies et qua acescant: quid remedij?
sive, spernere, et sapientia decretis
te munire. Ut Ulyssi illi naufrago
Leucothea vittam sub pectore ponendam
dedit, qua tutus à turbine et tempestate
esset: sic tu hanc sapientia tua te praecinge,
et audies nil vescare sati nec morte
perire. sed domi olim sorius: at
nunc perire. Lij.

gavifus sum recordatione studiorum et vite,
quam elegisti. illa ad bonum publicum et
prudentiam directa, hoc ad pietatem et
salutem, ad quam nisi perstringimus, male et
infeliciter deurrimus. hoc quid quid est vite.
ut athleta in stadio oculos ad metam et
bravium intendunt: sic nostra mens debet
ad celum, et sternam illam palmam. cetera
caduca sunt, orientur et abeunt nobisum:
neque stipes, aut genus, aut opes sunt, que exim-
ant nos aut nostra à mortalitatis hae lege.
fama tantum longa bonis studiis artibusque
parari potest, ac vite eterna bona hinc vita.
neque ego hoc monendi causa dico. si domi
habet, qui moneant, et otas jam tua, que à se
intelligit et sapit: sed excitandi magis,
et in optima via, quam iniisti confirmandi. lyp
Deus tibi hanc mentem det, et una robur. lyp.
Sermone et scripto me consulisti de NN: abnuvi,
neque muto. quid illinc petas? mercedulam? le
indignum est, non eges. Honorem? veretur
ut, qui eunt, huic litent. lyp.

no

70

Morum ab ingenij sui elegantia me cepit cum his
epes, id fateor: et qui coram auditor aut discipulis,
nunc absens amicus eris, et libens hoc factum
hoc nomen tibi donem. 113
oro autem et
hortor esse optimam indolem, et naturo
ut sic dicam, agrum: quem deus feracem
optimarum artium ac rerum dedit, si industria
aratro seminis, et semina scientiarum injicis, et
coepisti. ut coepisti inquam, et jam adeo in eo
as ut metere incipias, et colligere laboris tui
fructus. qui in ut bene maturecant et quasi
condoquantur mihi haud displicet Solem Italiae
adhibere. Lij.

Si vis etiam judicij ariam mei calculum addi.
esse habes. Lij.

Sunt ibi boni, sunt iuxta mali, cura judicijque
sui erit illis se foreare, hos vitare ac spernere.
sicut Ulysses ille blandientes, sed infidantes populos
sorda aures protervescit, oculos in rabuit aperitos:
sic multa tibi illi obiter videnda sunt in
sunt, non in aures, minus in animum admittenda. Lij.

Serva modestiam et comitatem blandas conciliatrices:
Sed serua non ad amorem solum sed honorem:
ad quem doctrina etiam eleuante et manum
porrigente conuenies. quod ita uoces, omino. Cf.

Musas reuise, quantum amore cales, et quid in hac
state melius potes, aut aptius potes? Cole cole
nunc ipsum, adolescentis agrum. bona fruge,
ficientiarum confere: et maturior, auipies suaves
illos prudentis, imo et sapientis fructus. — Voluntas
a te est, atq; etiam in te est, quod gaudeo: ut
serues, uel ut augetis potius, hortor. mihi hoc
cede. perueniet ad optatam calicem, quisquis
seris uolet et nitetur: et salibus utroq; oculis
Iupiter annuit, Mercurius dirigit, ipsa
Minerva manum et mentem iis, et cum iis
mouet. Lipp.

De Republica me compelis: et quid scribam aut
opabor? illud mallem, et in finem suum
aspicerem: à scribendo abstergeat, et nimis
iustas habeo causas. Cf. interiora rerum
non novi, et quid ergo firmiter aut esse ufu
suadeam? laud magis quam modicus, qui digni
sui temperiem et opitulationem ignorat. Cist.

Si te socium iis iuxceis in conuersatione,
compar eris in largitudine. Largius.

Prodiem hoc sub initia moesti molestem, et arduum
fortasse videbitur: dies nobilis, et serenus qui
tibi in oculis esse debet, cum tuus honor Lygius

Plures confilij mei sumam. Lijf.

Confilij mei, quod capi, confortari solere de istis primis
merito debet; sine pro cultu quem tibi deferro, sine quia
et res de quoque in parte longis. Lijf.

Confilij mei cogiam in hoc se petis, quam ingenue fateor
haud satis mihi impetisse. ego ne ut plus aliquid,
quam de videam? certe abest: et si meum serpens dicam,
ut vis, palam et sine ambage, hoc quors fateor,
distrahi eum utrimque, et rationibus impelli. hoc
in ista parte facti sunt: in altera. vide Lijf. fol 619.

et rem totam istam ad hoc tribunal istam huc remitto. Lijf.

Manes homo, an ad nos suos redit? ego istud mavelim,
et sperdem Herule. Lijf.

Me suafore. Lijf.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

Formulae lugubres, queribunda & his respondendi. Compatiendi
consolandi.

Amo enim eum et amari semper: nec meo in illum studio
et voluntate quidquam adhuc in vita expectus sum. ardentius.
quo etiam majorem esse illo gravissimo casu copii animo dolorem:
quem tamen scribendo non assequor, ne et meam ipse
molestiam augeam, et se videat velle ad luctum idarum
rerum meum una revocare. Sadol.

Lugubres

Non sunt nostra mala eiusmodi, ut si in una parte offensus
sit, in altera sit prospere actum. Sed cum uno interitu omnia
jaceant prostrata, ubi amplius se ulla nitamur, non habemus:
nisi ad eum. solum respiciamus, qui altissimum posuit
refugium suum: quo videlicet, neque mali flagitium
aliquod, neque fortune lemeritas potest adspirare. Sadol.

Heu vita legem? cui annexum angere et dolere in omni sorte. Lippi.

Quo autem ~~partem~~ ita tam avida Parca, quo vincula inlece
nos abrumpere non parcat sanctissimi amoris? Lipp.

Cathari mei id faciunt, statim mihi sub hoc tempore et solemnes. L.

De N. quid scribam? manus mihi labat et ingemisco. Lipp.

Ipsum peccus mihi commovit series malorum, quo es passus. Lipp.

Quid est homo? lutum. Siste mixtum. quid vita? homina una
sanguinis. quam quilibet levis casus rumpit, quolibet febricula
corrumpit. solus animus, et actiones, eterni. videt pulcherri =
num hoc mundi corpus? vel aliquando. Consolandi

Consolatio. Et se vera, mi N, quid hoc humana sunt, nisi iactationes, et
fluctus? in quibus nihil firmum sit, nisi ad anchoram ea
alligata vero pietatis. Lijf.

Ipso dulces lacrymae sunt, ipsi fletus iuveni, quibus restinguitur
ardor animi, et quasi relaxatus evaporat affectus. §. Amb.

Consolatio. in obitu Cuiusmodi non vanus mihi scribere visus scribere. Non serenitatem
nautis gratiorem in tempestate advenire, quam lugenti amico
amicum. Sed et hoc brevi, ut spero fiet. interea mi N,
firmare queso paululum, et frigus illud tenebrarum dolorum
calefacere et illustra ad rationis solem. Ante omnia
novitatis opinionem hanc excue, quo luctui tuo mala faultra.
Miserabili, inquis, genere mortis perijit. Sed hic quousque paulu-
lulum erige et serena à vulgo. Quid illud miserabile, cum
omnia perpexeris, mori? varia ad illam metam sunt viae, sed,
clivosa, plana, brevis, longa: eadem tamen omnibus quies,
cum pervenire. ~~tu tantum ne misera visor tua per~~
difficilem portum delata et velut per nimbos delata est fluctibus
delata est in beatum idum portum: proteritus tamen labor
adeo non gravis ibi, nunc etiam gratus. Tu tantum ne
miserere, imo nec mirare. Sicut id genus fieri non cadit
in hunc sexum? non communis ille omnium prophanorum
~~error~~ timor? At tamen hic nostrum omnium error:
cum hisse aliquid audivit, etiam si non novum, habere id
ut novum. Sed circumstantias quasdam augere, polimus,
et velut fucum ac lenocinium circumponimus dolori.
Sicut ut pulchrior in oculis appareat, iustiorque
pervergi mortales! contra oportuit: et in omni casu
oculos flectere ad communem dispersamque legem.

75

Conditionem tibi pono. jure non lugebis solum, sed indignaberis
et in novo fato: nisi alibi terrarum hoc ipsa hora idem
ille aut acerbior casus. Quamobrem exurge, et contra
levia ac lugoria hoc doloris arma, arripe vera. Quid
vita, quid mors, quid fatum sit serio cogita. Sero
placari posse implacabilem etiam dolorem. Quid enim
hoc vita, quam eripi lugemus? ludibriorum scena,
miseriarum mase. per quod ut maxime esse vobis
tibi feratur novis, lamen in multos scopulos impingas,
multis vadis obroseque necesse est. Quid ipsa mors,
quam timeamus? requies, gaudium, aut si quid in ea
mali, malis tantum. jam fatum quid? eterna,
ab eterno in eternum, Dei lex: quam adeo non abrogare
fas, ut nec obrogari ei liceat, aut derogari. Si ab
eterno et immobilis: stulte quid cum necessitate pugnas?
hoc unum vincas, ut pluribus plagis contusus vincare.
Si à Deo: impie, quid queris? culpate non potes
aliquid malum aut acerbum in eo et ab eo, qui bonitas
et benignitas totus. Mortua igitur tua est? debuit.
illo tempore, isto fati genere? debuit. Lex ita lata: quam
frustra sollicitant et exagitant aumina hodie ingeniorum.
non enim movebunt. Quin nos, qui sapimus, pareamus
potius, et quod necessario patiendum est, etiam libenter
patiamur. Levemertem aliquod miseriarum est, non veni.
Cui autem veniamus? Non Deus solum est, qui ita de nobis
statuit: sed et pater. Salutare igitur, bonum prosperum:
quidquid sensibus oculisque nostris aliter videatur. An
illi cura aut amoris opera nos potius nos esse non putas?
magis quam nos nobis. Sed et pater parentes multa proles

votum imponunt, idque salutis causa: item idem
nobis. Hoc mihi N. Serio disente, et bona fide. Levaberis
si ostium pectoris semel rationi aperies, remoto seipso isto
vulgatum opinionum. Glusa me temporis paritas
velat addere. jubebat lamen amor: qui magnus mihi in te semper
et sanctus. vale. Lippius.

Salus mea hactenus quidem adit, abit, et vacillat. Lipp.

Senectus hic morbus valde laetavit. morbus qui per intervalla ducit
me ad fati limen, et reducit. nec nunquam optime: et si in
optima se, ut medici volunt, et jam in abscessu et
inclinacione sit morbus.

Anno enim et amari rectissimum ingenium adolescentis, digni-
ssimi in hac vita, nisi meliorem ei deus destinasset. Lipp.

Serio egrotabam, mihi N, lamen exspectavit amor ut scriberem: non
miraberis, si paucis. nec sine discrimine morbus est, qui
me septimanas jam aliquot affligit. Lipp.

Difficili ad te scribere, vis clausurae, non libens. Morbus meus hoc
fecit, qui non sine discrimine etiam nunc me vocat.
Ego fero: et equissimo animo exspecto illum diem, quo im-
perator hoc corpore, imo carere, me solvet. Off
obstructiones sunt quo me tenent, ut interno inflammatione,
nescio quo arcana alia symptomata, ad quo medici
ipsi trepidant, et caligant. At non ego. Scio hanc
legem universis humano generi datam: nec magis mirum
aut novum horum mori hominem, quam nasci. Semper
quid est quod in saeculo hoc me tenent aut detinent. publica
vide: pessime habent. Privata: etiam in ijs suis crucis.

felis pulchro

Valeudo nunc quidem / Deo Magna gratia :) propter me sperem,
melior: sed infirma tamen et anceps: et quam fovete ac
vegetare per quietem Debeo. Lijf.

Signorius, ut audio, planissime perijt: nec deseruit illum
proventem Nemesis, et si pede claudo. Lijf.

Valemus ego, non mea Muso, quod frigent absente suo
sole. Exorere. et aut vultu tuo coram calefacere: aut
illinc saltem radios et stricuras aliquot per epistolam mitte. Lijf. NB

De filioli tui apud nos obitu Janus, credo, iam scripsit.
ego De solet? animo facio: verbis nunc non licet, nec
opus est, si firmitudinem animi tui probe novi. Sore
eam adspexi, sed in alienis rebus: le illa deseret in tuis?
non opinor. Lijf.

Valeudo nostra infirma, incerta. non etiam animus, cui fixum,
patere et sequi magnum illum Deum. At rumor ille falsus,
qui vos terruit de mea morte. Homines de meo capite posunt
ludere, statueret tantum Supremus ille Princeps. Ego
mortem non timere dudum didici: quin ut hoc tempora
et languores mei sunt, propior sum appetenti. Melius
est semel mori, quam continenter in diem affligi male.
ait Aristophylus.

Morbus quatuor jam menses perpetim me vexat. Lijf.

Sollicitudo tua de valetudine mea, non magis mihi nova, quam
amor tuus, quem jam diu ostendis. Lijf.

Phlebotomia nuper etiam usus eram, et juro valde. sed quid
dicam? ut ille in Arda ignis intervallo sua habet, et
cum desorisse creditur, redit: ita meus iste. Quem
nisi brevi sollo, me tollet. Quid refert? generosa et Herculeae
hoc ad Colam via est, per ostium prope ignem. Ego

mi NN, jamdiu paratus ad hoc iter: ne cum alio affectu
minor mihi pugna, quam cum metu mortis. vitam
habeo velut hostilem, si manet non exitio: si abid, non
dereo, nec ponulam scindo. Lij.

Pro valetudine omnia faciam, pro vita haud multum. Mori
animi mihi non grave, grave labere istud ad languere. L.
In Letri morte valde indolui. de vultu aut facie non cum noveram:
optime de animo. nec censeo melius aut rectius ingenium
fuisse hoc ovo. sed Deo ita visum, optimos quoque traducere
ad optimam illam vitam: ad quam in tot turbis et molestijs
nos quoque afficiamus. Lij.

Sic et saepe ad te scribitur, mi NN: tardavit morbus, qui
aliquoties ~~de~~ minatus discedere, non discedit. redit enim
per intervalla, et cum serio surrexisset me censeo, profermit.
Labores certe ne ingenij quidem sero aut subeo, sine mani-
festa noxa: ferenda ista donec aliter visum magno
illi et benigno Deo, qui te, mi NN servet, et me: si ita
excedit: aliquando firmet. Lij.

Valetudo nostra ne nunc quidem ex voto. Anxios hori somnia.
Solide ~~flodis~~ stare me pulem? cras relabor. vixes rece-
pisse? amitto. calores viscerum sentio, et
negis quos edaces ostus. Quid me alios fallam?
Labes ea est, nisi erro, et certâ sed certâ viâ
eo ad mortem. nec ingemisse. Deo ita visum:
cui nos tam libenter, tam fortiter paremus,

ut manum non vesterim, hoc fiat an illud. Ennionum
istud verè proclamo:

vivam an moriar, nullus in me est metus.

Cur aliter afficiat? equissima hoc natura lex est, quo pariter
ligat omnes. Carnifex illud fatum le meus expectat:
si alium alio tempore duci jubeat magnus ille imperator.
ut fera avis, a pestâ capeâ non non ejicitur, sed evolat:
sic ego libens in apertum illum ^{perumpo} campum. ad
animum juvenis. fateor. sed vita hujus tam fatua, quam
Priamus aliquis aut Nestor. Quousque enim eadem?
edere, bibere, legere, scribere: et adde miseras: quas
largiter supeditat hoc ovum. Lijf.

Ploro omnes in unius nocte defecisse virtutes, non
quod lugenda ~~ita~~ sit illa, quo abiit; sed quod nobis
impatiens dolendum, qui saltem videre desivimus.
S. Hieronymus Ep. ad Paulam super obitu Beofida.

Salve et salve à me nondum salro. Lijf.

Plura vobis languor: nec manus aut mens satis prompta ad scriben-
dum. Lijf.

Profecto terro progenies duet me ad terram. Lijf.

valetudo mea meliusula: sic tamen, ut extra morbum potius
videar, quam languorem. Lijf.

utinam aliqua ^{curâ} sua me curet, et à morbo isto relevet,
qui pestinaciter urget.

Si velgi more loquerer: querelas miserem, et dolorem meum
offenderem in casu, quo hoc otas tua. Non faciam,
fortiorem esse te et me volo: nec te cupere solatia ex
aliena sympathia, nec me promere dolorem, et si doleam.
Nam hoc non nego: si deo visum esset, alium te malim.
cum non visum; quod ipse vult, nolens: ut iudicam:)
volo. Lij.

Languor biennialis me lenet, et abiecit in validissima hac ovi parte.
annum enim trigosimum vix attingi. Quid lamen angas,
aut opponam? facit ille, qui me facit. Nonne in
figuli manu est, effingere levi rota vasculum, et
idem frangere? Et hoc melius, quod figulus nosset
nos non frangit, sed refingit, et e miseris beatos, ex
inferis superos reddit. Lij.

Valchudinem meliorem posse fieri per atidas illas aquas medici
suadent, et ut in hanc nostram promissimus: / persuadent.
Lentasse quid noverit? vitam hanc magni forese Xiani
non puto, quem manet vita illa melior: sed nec abjicere,
et remedia spernere, quo data hinc fini. Lij.

Imus ad acidos, qui iuxta Confluentiam, fontes. Valebo
per eos fortasse, aut valere iubebo hoc omnia humana. Lij.

In languore tuo doleo: et miror quid illud mali morbi, quod
vires tam valde afflixit. Tu modo te cura, sed sine
